

1361

D O G M A T I C I.

1362

no. IV. de Regno Coelorum. V. de S. Valentino Ep. et Conf. mutilus, anni 1461. VI. in illud: *Quicumque vult salvus esse &c.* addito ad calcem nomine Leon. Praxatoris.

CCCXLVIII.

794 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 224. 8. currente calamo, non tamen eodem, partim lineis longis, partim per duas columnas exaratus, olimque e supellectili faepe dicti Sacerdotis Bohemi Wenc. Rossae Collectanea Theologica complectitur, quorum Rubricas edifferere sufficiet: *Equiuoca*, potius Etymologiae et Significata variorum Verborum ordine alphabetico. Fol. 7. *Definitiones* variae Rerum ad Theologiam pertinentium, item alphabeticae. Fol. 14. *Auctoritates Noui et veteris Testamenti sanctorum doctorum et uniuersalis ecclesiae contra Communionem Infantium*. Incurrunt etiam alia Sacramenta. Citatur inter alios *Doctor evangelicus* sive *Job. Wiclefus* et *Job. Hufs*. Fol. 43. p. 2. *Pulcer tractatus contra Saraboitas*, qui mox adpellantur *moderni valdenses discolisantes per Montes et Campestria*, item *Pigardi* et *Pikanstones*. Constat Testimoniis Autorum. Fol. 50. Index prolixus Locorum Biblicorum pro variis Fidei, Morumque argumentis. Fol. 159. p. 2. *Scripta que probibent accessum communionis indigne*, cum Elencho eorum, qui in Regno Bohe-

miae et Marchionatu Moraviae a sacra Mensa arcentur. Fol. 173. *Tractatus pro Vita hac et futura Cristianis necessarius*. Fanatici cuiusdam de futuro Christi Regno praedicientis. Fol. 183. *Concordancie* in sacras Literas alphabeticae.

CCCXLIX.

Codex chartaceus lat. Sec. 795 XV. Folior. 217. 8. ejusdem cum praecedente rationis, illiusque velut Pars altera inscribitur: *Excerpta de tabula originalium sanctorum*, est vero Congeries quaedam alphabetica Locorum Scripturae et SS. PP. Ascetis et Praedicatoribus opportuna, quae ab *Aaron*, *Abbas*, *Abel*, *Abraham* &c. protenditur ad *Xpianus*, *Zacharias*, *Zelus*, pertinuitque pariter ad supra dictum *Roffam*.

CCCL.

Codex membraneus lat. Sec. 479 XII. Folior. 143. 4. luculente scriptus, rubricis distinctus et olim *Monasterij Sancte Mariae alias Scotorum Wyenn.* complectitur Sequentia: I. *Elucidarium* III. Libris distinctum, quem olim *Anselmi Cantuarien.* nomine, quod quidam Codices mfs. praeferunt, primus edidit *Claud. Espencaeus Paris.* 1560. *Gabr.* vero *Gerberonius* in edit. *Opp. Anselmi Paris.* 1721. merito inter Spuria relegavit *append. col. 457.* Scrip- toribus aliis in *Lanfrancum Anselmi* in *Monasterio Beccensi* Prae- ceptorem,